

Codice Diplomatico Longobardo I, 100

+ In Dei omnipotentis nomine saluatori. regnante domno nostro Astolf uiro excellentissimo rege, anno filicissimo regni eius secundo, mense nouembrio, per inductione quarta; feliciter. Ideo per hanc pagina membrani ego Petronaci, qui Flauipert presbitero dicor, a presenti die do, duno, trado et offero pro anime me remedium Deo et tibi ecclesie beatissime Sancte Agathe Christi marthire a me fundata in proprio terretorio meo, qui mihi a bone memorie Peretheo filio quondam Romuald in preuiterato meo per donationis paginam et accepto launigild atuinet, quamuis modicum, id est: primis omnium offero et confirmo locus ipso fundamento ubi ipse ecclesia sita es, cum curte, orto, monastheriolo, cum omni iure instructu instrumintoque suo intrinsico, cum mobile uel inmouile, seo et terrula quem postea de atquisito uel comparatione seo de offertas quod mihi dominus Deus postea ad ipsa ecclesia sua munerare et dare dignatus est, uel quidquid a ius meum pertenit. omnia in integrum ab hodierna die in te sancta Dei ecclesia pro salute et redemtione anime me tuoque monastherio, ubi spem meam posui Deo serbiendo, trado et offero in perpetuum firmiter possedendum, quod antea, dum aduc non esset paratum, minime actum fuerat. unde uolo et decerno, ut si aduc iouante eterno Domino meritum fuero aliquantulum lauorare uel atquirere quoluet res, ut post meo obitum in gremio ipsius ecclesie et monastherio sit potestatem pro alimoniis pauperum et susceptio peregrinorum uel pro missa mea. in qua uiro Dei ecclesia et monastherio uel in hanc dotes preuidi et elegi atque confirmo ego qui supra Petronaci presbiter te dilectissimum Auripert presbitero germano meo, cuius fidem et puritatem et bona conuersationem cognubi auire, ut tu post meo ouitum sit firmus et stauiles in loco meo semper firmus heres in ipsa ecclesia et monastherio lauorando, gubernando, officium et mandatum Dei ibidem peragendo, et post te similiter ordinationem digna faciendo, quod nobis ad aumentum proficiat anime, ut nullus homo in uita tua tibi superpunatur. et si quis de fratres nostros germanos aut nepte nostro uenire uolueret et introire tunso capite cum obedientia et umilitate caste uiuendo et mundo corde lauorando, officium et mandatum Dei peragendo, prope regule ordine obidiendo uoci tue, sicut abbati suo oportet ouedire, in ipso monastherio licentiam abeas introire. et tu recipias eum uiuendo in una congregationem ut superius legitur. et nulla fimina infra ipsa clausura nec in ipso monastherio audeat auitare. et si quis de monaci, uel qui presul fueret in tempore in ipsa ecclesia, si et presumseret reciperet quoluet fimina ad auitandum in ipso monastherio uel infra ipsa congregatio, in primis in Dei omnipotenti incurrat iudicium et a Side sancta apostolica anathema accipiat et a sagrosancto Dei altario reatus recidat. super hec omnia uolo et decerno ego sepe dictus Petronius presbiter, ut, dum atiuere meruero, ecclesiam et omnia ea ipsas res suprascriptas in mea sit potestatem ordinandi et faciendi qualiter uoluero; post casus uiro meus, si ita remanseret sicut superius legitur, in eo ordine firmum et istauilem diueas permanire semper, et a nullo homine possit disruppi nulloque tempore. Quam dotaliis et decriptionis me paginam Fetro in Christo filio scriuendam rogaui, et subter una cum testibus confirmaui. Actum Luca, ad ipsa ecclesie Sancte Agathe. + Ego Petronaci presbiter in anc dotes a me facta, sicut superius legitur, propria manus mea supscrispsi. + Manus uiri uenerabilis Maurini presbiteri, qui, necdum claritas oculis auentem suscriuere potuet, crucem suam fitet, testis. + Ego Rachipaldu rogatu at presbitero Petronaci in anc dotis au eo facta, sicut superius legitur, me testis supiscrispsi. + Ego Anteneru cliricu rocatu at Petronaci presbitero in ac dote testis suscribsi. Signum + manus Rodipert de uico Timpaniano testis. Signum + manus Clarissimi idem de ipso uico testis.